

BENEDIKT XVI.
APOŠTOLSKÝ LIST MOTU PROPRIO

Quaerit semper

Quibus Constitutio apostolica Pastor bonus

immutatur atque quaedam competentiae a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum ad novum Officium de processibus dispensationis super matrimonio rato et non consummato ac causis nullitatis sacrae Ordinationis, apud Tribunal Rotae Romanae constitutum, transferuntur.

Quaerit semper Apostolica Sedes sua moderaminis instituta pastoralibus necessitatibus accommodare, quae annorum decursu in Ecclesiae vita identidem exstiterunt, structuram ideo immutans et competentias Dicasteriorum Curiae Romanae.

Ceterum Concilium Oecumenicum Vaticanum II hanc agendi rationem confirmat, dum pariter edicit Dicasteria esse aptanda necessitatibus temporum, regionum ac Rituum, praesertim quod spectat ad eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi rationem, atque inter se laborum coordinationem (cfr. Decr. Christus Dominus, 9).

jímž se mění apoštolská konstituce Pastor bonus a odnímají se některé kompetence Kongregace pro bohoslužbu a svátosti, které se svěřují novému Úřadu pro řízení dispensí stran manželství uzavřeného nenaplněného a pro případy nulity svátostného svěcení, zřízeného u Tribunálu římské roty.

Stále usiluje Apoštolský stolec o to, aby své instituce přiměřeně přizpůsoboval pastoračním potřebám, které v průběhu let vystaly v životě církve, tedy i tím, že mění kompetence dikasterií Římské kurie.

Také II. vatikánský koncil potvrdil tento postup, když se vyslovil ve prospěch toho, aby se dikasteria přizpůsobovala potřebám časů, zemí a ritů, zvláště pak co se týče jejich počtu, jména, kompetence, vlastního způsobu jednání a vzájemné spolupráce (srov. dekret *Christus Dominus*).

Haec principia persequens, Decessor Noster, beatus Ioannes Paulus II, operam dedit ut Curia Romana in universum denuo per Constitutionem apostolicam Pastor bonus disponeretur, quae die XXVIII mensis Iunii anno MCMLXXXVIII edita est (AAS 80 [1988] 841-930), Dicasteriorum competentiam ita definiens, prae oculis Codice Iuris Canonici habito, qui quinque ante annis evulgatus erat, necnon normis respectis quae iam tunc adumbrabantur pro Ecclesiis Orientalibus. Deinceps aliis praescriptis tum idem beatus Decessor Noster, tum Nos Ipsi effecimus ut structura et competentiae nonnullorum Dicasteriorum immutarentur, quo expeditius commutatis necessitatibus subveniretur.

His rerum in adiunctis congruum visum est Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum potissimum operam dare ad Sacram Liturgiam in Ecclesia iteratis nisibus promovendam, secundum renovationem, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II, initio sumpto ex Constitutione Sacrosanctum Concilium, voluit.

Itaque consentaneum iudicavimus ad novum Officium, apud Tribunal Rotae Romanae constitutum, competentiam transferre quae respiceret processus dispensationis super matrimonio rato et non consummato necnon causas nullitatis sacrae Ordinationis.

De consilio igitur Venerabilis Fratris Nostri Eminentissimi Cardinalis Praefecti Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, favente excellentissimo Decano Tribunalis Rotae Romanae, auditis

Právě tyto zásady sledoval náš předchůdce blahoslavený Jan Pavel II., který věnoval úsilí všeobecné obnově Římské kurie v apoštolské konstituci *Pastor bonus*, vydané 28. června 1987 (AAS 80, 1988, s. 841–930); tak stanovil kompetence jednotlivých dikasterií s ohledem na Kodex kanonického práva, který byl vydán pět let předtím, a na normy ve vztahu k východním církvím, které se již tehdy nastiňovaly. Také jinými výnosy jak tento náš blahoslavený předchůdce, tak také my sami jsme změnili strukturu a kompetence nejednoho dikasteria, aby se tak snáze vycházelo vstříc měnícím se potřebám.

V těchto souvislostech se ukázalo, že Kongregace pro bohoslužbu a svátosti se má především věnovat neustálé péči o posvátnou liturgii ve smyslu obnovy, kterou chtěl učinit II. vatikánský koncil, jak to vyplývá z konstituce *Sacrosanctum Concilium*.

Proto jsme rozhodli, že se přenesou kompetence, které se týkají procesů dispensací stran manželství uzavřeného nenaplněného, jakož i případů nulity svátostného svěcení, na nový Úřad, zřízený u Tribunálu římské rotě.

Proto na základě porady s naším ctihodným bratrem, Jeho Eminencí kardinálem-prefektem Kongregace pro bohoslužbu a svátosti, se souhlasem Jeho Excelence děkana Tribunálu římské rotě a po vyslechnutí

item sententiis Supremi Tribunalis Signaturæ Apostolicæ et Pontificii Consilii de Legum Textibus, hæc quæ sequuntur decernimus:

Art. 1. Abrogantur articuli 67 et 68 Constitutionis apostolicæ Pastor bonus, quam supra memoravimus.

Art. 2. Articulus 126 eiusdem Constitutionis apostolicæ Pastor bonus ad subsequentem textum mutatur:

Art. 126 § 1. Hoc Tribunal instantiæ superioris partes apud Apostolicam Sedem pro more in gradu appellationis agit ad iura in Ecclesia tutanda, unitati iurisprudentiæ consulit et, per proprias sententias, tribunalibus inferioribus auxilio est.

- § 2. Apud hoc Tribunal Officium est constitutum, cuius est cognoscere de facto inconsummationis matrimonii et de existentia iustæ causæ ad dispensationem concedendam. Ideoque acta omnia cum voto Episcopi et Defensoris Vinculi animadversionibus accipit et, iuxta peculiarem procedendi modum, perpendit atque, si casus ferat, Summo Pontifici petitionem ad dispensationem impetrandam subicit.

- § 3. Hoc Officium competens quoque est in causis de nullitate sacrae Ordinationis cognoscendis ad normam iuris communis et proprii, congrua congruis referendo.

Art. 3. Officio de processibus dispensationis super matrimonio rato et non consummato ac causis nullitatis sacrae Ordinationis praeest Rotæ Romanae Decanus, quem adiuvant Officiales, Commissarii deputati et Consultores.

stanoviska Nejvyššího tribunálu apoštolské signatury a Papežské rady pro výklad legislativních textů stanovujeme následující:

Čl. 1. Ruší se články 67 a 68 výše zmíněné apoštolské konstituce Pastor bonus.

Čl. 2. Článek 126 též apoštolské konstituce se mění následujícím způsobem:

Čl. 126 § 1 Tento tribunál obvykle projedná v odvolacím stupni vyšší instance záležitosti odvolání k Apoštolskému stolci v zájmu ochrany práva v církvi, svou radou působí jednotu právního postupu a vlastními rozsudky je nápomocen nižším tribunálům.

- § 2 U tohoto tribunálu je zřízen Úřad, jemuž přísluší posuzovat případy manželství nedokonaného a přítomnost spravedlivého důvodu pro udělení dispense. Proto přijímá veškerou dokumentaci spolu se žádostí biskupa a s námitkami obhájce svazku, podle vlastního procesního řádu je zpracovává a v případě potřeby předkládá papeži žádost o udělení dispense.

- § 3 Tento Úřad je také kompetentní posuzovat případy nulity svátostného svěcení podle norem všeobecného i vlastního práva, s přihlédnutím k žádoucímu přizpůsobení.

Čl. 3. V čele Úřadu pro řízení dispensí stran manželství uzavřeného nenaplněného a pro případy nulity svátostného svěcení stojí děkan Římské rotý, kterému pomáhají oficiálové, jmenovaní komisaři a poradci.

Art. 4. Die quo hae Litterae vim obligandi sortientur, processus dispensationis super matrimonio rato et non consummato ac causae nullitatis sacrae Ordinationis, quae apud Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum reperiuntur, novo Officio apud Tribunal Rotae Romanae demandabuntur, quod easdem definiet.

Nostras has deliberationes, quas his apostolicis Litteris *Motu proprio* datis praescriptissimas, firmas et efficaces omnibus ex partibus esse et fore volumus, non obstantibus quibusvis contrariis rebus, etiam peculiari mentione dignis, atque decernimus ut per editionem in actis diurnis «L'Osservatore Romano» eadem promulgentur et vim suam exserant a die primo mensis Octobris anno MMXI.

Datum ex Arce Gandulfi, die XXX mensis Augusti, anno Domini MMXI, Pontificatus Nostris septimo.

Čl. 4 Ke dni, kdy se normy stanovené tímto listem stanou závaznými, budou procesy dispensí manželství uzavřených nedokonaných a případy nulity svátostného svěcení, které se projednávají u Kongregace pro bohoslužbu a svátosti, předány novému Úřadu Tribunálu římské rotý, který je vyřeší.

Chceme, aby všechna tato rozhodnutí a všechny jejich části, jak jsme je vyjádřili v tomto apoštolském listě *motu proprio*, byly nyní i nadále pevně a účinně zachovávány, čemuž nebrání žádné další překážky, které by stály za řeč; rozhodujeme, aby byl tento list zveřejněn v deníku L'Osservatore Romano a nabyl právní moci 1. října 2011.

Dáno v Castel Gandolfo dne 30. srpna 2011, v sedmém roce našeho pontifikátu.

Přeložil Zdeněk Drštka